

iam res non dicit esse sua. Hinc dictum est ab alijs qd nihil tam naturale qd vt quilibet vtatur re sua. Et fundat in lege naturali de dilectione proximi. Et in his duobus mandatis quecuq; vultis vt faciant vobis homines. et vos facite illis. et quod oderis ab alio tibi fieri. alteri ne feceris Nullus enim velle debet qd impediatur ab vsu rei sue. nisi lex dei sit ad oppositum in hoc vel in alio casu immediate vel mediate. Dicitur immediate propter legem euangelicam. dicitur mediate propter leges positivas rationabiliter latas per gerentes vicem dei.

**¶ Sequitur secunda**

pars principalis que ponit casum actus in quodam monasterio exponens circumstantias et singula que in emptione reddituum per acta dinoscuntur.

**P**ost materia de contractibus resoluta per diffinitiones et diuisiones et modos significandi metaphisicales et theologicos vsq; ad genus generalissimum quod est iusticia. et hoc sub viginti considerationibus descendendum videtur ad particularē casum. Deinde circumstantie notabuntur. quo facilius et verius possit factum vel vnde ius oritur sciri. Traditus est autē casus talis. Comunitas alicuius terre licentiam habet a domino suo de certa impositione faciendā sup his. que venduntur infra suos fines. vt pro qualibet libra duos denarios. et qd super huiusmodi obventionibus possit certum annuum censum vendere. addita tamen facultate redimendi precium quoq; statutum est quindecim pro vno. Quoddam monasterium emit ab hac comunitate ius recipiendi centum floren. annuatim. pro duobus milibus floren. in numerata pecunia datis. et adiecta facultate redimendi. Questio est si dictus contractus sit vsurarius vel alias illicitus. Hunc igitur circumstantias explicem. Prima circumstantia est ex parte ementium. quorum vita rationabiliter presumere facit qd non in fraude vsurarij vel illiciti que stus. vellent inire contractum aliquē scienter vsurarij. etiam pro morte temporalis. Secunda quia parati fuerunt et sunt stare iudicio peritorum. sicut et ab initio. et consequenter consulerunt plurimos. tam viua

voce qd per scedulas et scripturas. quorum fuit consiliū. qd licitus erat eis contractus suus. immo fortassis esse potuit qd ille vel similis erat eis debitus. ne desolaret monasterium. cui succurrere debitu habet. nec aliter inueniunt. Tertia circumstantia est qd ultra precium solutu per dominum patrie constitutu legitime tradiderunt quartam partem. et quantum dedissent pro redditibus perpetuis. Et supponitur qd augmentum precij fuerit de consensu domini vel vere vel interpretatiue. Quarta qd venditio tam efficax fuit ex parte eorum tam in voluntate qd in opere translationis. qd nullam sibi retinuerint facultatem retrahendi precium datum. Quinta circumstantia est paupertas ementium immo desolatio si non inuenirent venales redditus. quos malent esse perpetuos. sed non inueniunt obstante circumstantia patrie. in qua prohibitum est lege superioris domini. ne fiat venditio reddituum perpetua. sed semp cum facultate redimendi. Sexta qd si vellent procedere vsurario titulo plano vel palliato. repirent pro pecunia data in precium venditionis longe ampliorē censum annualem. vt si posuissent in cambio vsurario mille francos. habuissent centum francos annuatim vel amplius. vbi non habent pro duobus milibus francis nisi centum francos. Et hinc patet. neq; fraudem vsurariam committere. neq; scandalū vt ab alijs committatur. dare quod bene notandum est. Deinde possent induci ex parte vendentium. certe circumstantie seu cause. pro iustificatione legis condite que dicta est. ne scilicet distrahatur hereditates de heredibus ad non heredes. aut ne communitates. perpetuis redditibus onerate tandem depeant. Addita est preterea limitatio precij. sicut potuit rationabiliter institui. Data est insuper licentia comunitati vendenti de qua loquitur casus. qd imponeret duos denarios pro libra ad euitandum fortassis grauius inconueniens de diminutione monetarum. sicut exprimur esse grauiore qd impositiones seu vectigalia. que sunt nerui rei publice sicut cicerone. Amplius non est leuiter presumendum. qd vel dominus patrie illius vel communitates sint immemores salutis sue. qn bona intentione et bono fine. fecerunt ea que fecerunt vel obseruant. ex quo de se non sunt

## De contractibus

illicita. sed possunt bene et salubriter fieri  
quibus etiam possent abusus committi. sed su-  
per illis non est habendum iudicium teme-  
rarium per alios. specialiter per ecclesiasti-  
cos. Illud apostoli potius observandum est  
nihil inquireres propter conscientiam. Et illud  
epi. Nolite iudicare. Et illud iuris Quili-  
bet presumendus est bonus. cum similibus multis

**E**liciunt ex predictis circumstantiis / pro-  
positiones que sequuntur. Et consequenter regu-  
le sequuntur per modum conclusionum rectifican-  
tes emptionem. et distinguentes a mutuo.  
pro decisione materie.

### **R** Sequuntur propo-

**P**rima propositio est  
Predictus contractus / non est mu-  
tuus / nec per modum mutui. Pa-  
tet ex quarta circumstantia prin-  
cipaliter. iunctis alijs.

### **S**ecunda proposi.

**P**redictus contractus / non habet speciem  
mutui vel fauoris usurarii. Patet ex omni-  
bus circumstantiis. presertim. iij. et. vi.

### **T**ertia propositio.

**P**redictus contractus non est usurarius  
patet ex precedentibus. et ex usure descriptioe  
que secundum doctores non nisi in mutuo inue-  
nit. Unde si fiat alij contractus illicitis mo-  
dis etiam peioribus quam sit usura. non tamen  
usurarii dicendi sunt.

### **Q**uarta proposi.

**P**redictus contractus / non est illegitimus  
lege divina vel naturali Et ita si debeat il-  
legitimus dici / oportet legem ostendere posi-  
tiam. irritantem homini contractum. que nondum  
palam offensa est. Quod si quis dixerit contractum esse  
prohibitum lege divina vel naturali. ostendat il-  
lud sibi enim incumbit probatio. sed attendat  
ubi reperiat **D**einde sequuntur propositiones  
in casibus alijs particularibus. unde sumi possunt  
rationes vel similitudines / ad iustificandum non  
solum casus Et sit hec propositio quinta in  
ordine.

### **Q**uinta propositio

**S**i quis bona intentione velit vendere /  
vel emere rem aliquam primo simpliciter de

inde dare gratiam que res vendita vel empta  
possit retrahi / ad tempus vel ad semper. hoc  
poterit fieri necdum licite sed meritoze Pa-  
tet ex terminis. Quod si quis dixerit / magnam  
tempus lapsum requiri ut hec fiant. primo  
venditio. deinde facultas redimendi. an  
aduertat quanta sit celeritas voluntatis  
humane. presertim in hominibus spirituali-  
bus et abstractis ita ut coniuncta realiter /  
possit intentionali dividere et preciosum  
a vili separare. sicut in odio et amore peccati  
tuum / peccatum separat a peccato. peccans  
amatur. oditur peccatum. quanto magis hoc  
fieri poterit in his quorum quodlibet per se  
licitum esse potest: sicut in proposito et mari-  
me quo ad forum conscientie et ad deum:

### **S**exta propositio.

**S**i quis prester pecuniam alicui per mu-  
tuum usque ad certum terminum cum adiectio-  
ne pene que nisi soluat in illo termino / ob-  
ligabit solvere pecuniam ultra sortem. hoc  
in casu poterit bona intentione et caritati-  
ve fieri et pena recipi Patet in censibus plu-  
ribus tali pacto soluendis. Est autem bo-  
na intentio si mutuans mallet habere pe-  
cuniam suam in termino quam alter incurrat  
penam in differendo. quia forte tunc indi-  
get pecuniam suam et remanere vult indenis

### **S**eptima proposi.

**S**i quis necessitate compellatur recipere ad  
usuram aliquam pecuniam. ne forte damni-  
ficetur in quadruplo vel in rebus siue in vita /  
talis presertim peccato recipere ad usuram.  
Doctores in hoc conveniunt. saluantes que mu-  
tuum recipiens / non communicabit cum usurario  
in peccato suo. Et ita erit hic contractus usuri-  
arius. et usure peccatum in vno tantum con-  
trahente. Notetur declaratio per simile / ad  
divinam providentiam. que bene vult malis ali-  
enis **S**i autem ex hac radice et prioribus  
possit iustificari casus noster ex preeminenti-  
tium. quicquid fuerit de vendentibus pote-  
rit intelligens indicare.

### **P**ropositio .VIII

**S**i quis vendat bladum vel vinum vel  
aliquid huiusmodi ad credentiam pro ma-  
iori precio quam esset venditurus in prompta  
pecunia / et hoc faciat ex sincera et pia inte-  
tione succurrendi proximo. non vendendi  
eum. quin mallet minorem promptam per-

cuniam. nō videtur cōtractus illicitus esse vel usurarius in foro conscientie. Patet ex lege caritatis et ex iure dominij. Nisi forte diceret/ q̄ supior lex/ inuvalidauit omnes cōtractus tales/ propter speciē mali vel sequelā. sicut non est in potestate cuiuslibet transferre pecuniam suam in alterū p̄ sortem capillozū propter h̄mōi inuvalidatōez et ita diceret de multis contractib⁹ Quia (sicut dictum est) decisio finalis. ynde aliquid dicit meū vel tuū/ dependet ex legibus/ nedum diuinis sed positinis. Propterea cōsiliū habendū est nedum a theologis sed a canonistis qui si discordare uideant/ lex euangelica seu theologica tan/ q̄ architectoria/ iudex erit/ et episcopus seu gnomica vel interpretatiua. **R**ursus addantur propositōes duodecim. faciētes ad elucidationē tam casus propositi. q̄ aliorum in materia contractū. Si pri⁹ hāc regulam ex p̄dictis elicuerimus. **C**ontractus qui de suo genere et ex circumstantijs debz esse gratuitus sicut est mutuum nō inficitur si recipiatur aliquid velut vltra sortem/ altero quatuor modozū. videlicet si fiat. aut pro saluatōe sui interesse aut pro negligentie punitōe/ aut gratia beniuolentie/ aut pro sola proprieuatiōnis redemptione.

**Propositio .IX**

**C**ensualis cōtractus/ de se et de suo genere/ licitus est in multis casibus. Patet in fundatiōib⁹ ecclesiariū. Patet in cōcessione quā quis facit de re sua. Patet cum aliqua ecclesia eximit a iurisdictione episcopi. Patet ex vsu quotidiano. Patet deniq̄ per confessionē aduersarioz. qui leges suas et iura ad hoc multipliciter introducunt. Sed omittit allegatio. quia nesciētib⁹ leges et canones/ yana esset. scientibus at̄ supflua vel arrogans uideret. maxime cum non sit presens intentio aliena dicta cape contētiōsa argumētatione. nec positinis iuribus p̄cipaliter inniti/ sed diuinis.

**Decima proposi.**

**C**ensualis contractus si fiat ad uitam nō ex eo redditur de se et ex suo genere uiciosus. Presupponit autem q̄ et intentio sit recta. sicut esse potest/ cōformiter ad legem diuinā. et p̄cium cōueniens. iuxta pa-

trie mores et leges. Attento q̄ ibi est probabilis incertitudo lucri vel damni. quā iuriste multum notant. Concurrunt etiā conditōnes venditōnis et emptiōis. quoniam pecunia est p̄cium quod vendēs recipit. Jus autem recipiendi annuati certum redditum in pecunia vel alia re. pecunia mensurabili/ est ibi merx. Secus forte esset si censualis redditus annualis futurozū annozū/ simul et statim solueretur. vbi fraus esse potest. Concurrunt hec eadem ratio pro iustificatione reddituzū perpetuozū. quia non simul eueniunt. Res autem minus valet dum expectatur in longum/ q̄ dum presens obtinet. Dicunt igitur concedētes hanc partem/ mirum videri si possunt licite emi redditus in perpetuum et nequaquā ad tempus vel ad uitam. cum ibi possit esse verus venditōnis et emptiōnis contractus iuxta cōsiderationes prime partis.

**Propositio .XI.**

**C**ensualis contractus/ propter spem lucri maiorem vel probabiliorem in vno cōtrahentium q̄ in altero/ non ideo redditur uiciosus. Fertur hoc esse legis/ autoritas/ allegata etiam p̄ canonistas/ q̄ res tantum valet quantum vendi potest. et q̄ licet in contractu se decipere. sed theologo quibus ad certam regulam loqui fas est/ nomen deceptionis pro licito non libenter assumerent. conueniunt tamen in hoc q̄ non omnis excessus lucri vel damni/ reddit lucrantem. et lucrari sperantem. peccati presertim mortalis. alioquin non salua esset omnis caro. Attento q̄ equalitas iusticie cōmutatiue de re ad rem sicut de pecunia ad pecuniam in cambio/ vel de precio ad precium/ non est punctualis vel indiuisibilis. sed multam habet latitudinem. infra quam potest magis vltra minus dari de precio/ sine iusticie lesione immo et sepe sine restitutionis obligatione. Quāuis de restitutione varius ap̄doctores sit sermo. dicentibus aliquib⁹/ q̄ nisi sit defraudatio vltra medium iusti precij. defraudans non tenetur ad restitutionem. Et in hoc satis concordant omnes dicentes verum esse in foro exteri ori propter irritationem legislatoris. sed de foro conscientie/ nulli dubium quin defraudans tenetur confiteri. **Utrum**

## De contractibus

autem obligetur restituere non est ita claz nec concordatum apud omnes presertim theologos. Non enim videtur necessarium quod ubi concurrunt mutue voluntates vendentis et ementis ut res suas commutent in alterutrum: quod furtum committatur vel rapina iuxta illud. Scienti et consentienti non fit iniuria neque dolus. Precipue dum sciens et volens est sui iuris in sua re. quod dicitur propter pupillos et similes. Et dum consensus non est lege irritatus. sicut in deceptione ultra medium iusti precij. Si preterea consensus sit absolutus. non solum commutationalis. aut finem quid. sicut Aristoteles loquitur de proiciente merces in mare. et de consensu metu mortis extorto. aut per errorem fraudulentum inducto. quoniam ignorantia causat involuntarium vel in toto vel in parte.

### Propositio XII.

Censualis contractus non videtur ex eo reddi de suo genere viciosus. quia redditur de nouo. vel propter hoc quod constituitur in rebus vel personis alijs a persona contrahente. puta quia dicit emptor. tu constitues tales redditus in tali possessione vel seruo. Stante enim simili intentione. nihil videtur referre an census sit iam constitutus vel de nouo licite constituitur. Ut si nouiter redditus aliquis perpetuo emittitur. non refert si statim constituitur census annuus decem floren. plusque si modo statutus post decem annos alteri contrahenti venderetur. Exemplum aliud. si communitas aliqua auctoritate sui principis/mora rationabilibus causis constituit certam impositionem super rebus vendendis infra terminos suos. quid refert si statim eodem contextu constituent centum floren. annualis redditus super huiusmodi impositionibus vel si faciunt hoc lapsa decennio. Et quoniam in hac materia et similibus finem dicitur Augustinus. Tene certum et dimitte incertum. conscientias multorum presertim simplicium et timoratorum/scrupulis varijs inquerat molestat et in perplexitate quandam trahit additur sequens propositio.

### Propositio XIII.

Argumentum sumptum ex consilio vel dubio vnius doctoris quod in illo dubio contrahere sit peccatum mortale non est efficax.

sed temerarium et negandum. **D**oportet enim incertitudinem esse non tantummodo scrupulosam leuem et formidolosam. sed valde probabilem. priusque agere ea stante peccatum mortale indicetur. Sic enim dictum sapientis intelligitur. Qui amat periculum peribit in illo. Itaque non quod liber dubium facti/sufficit ad causandum peccatum mortale si quid agatur illo dubio stante. ergo nec quodlibet dubium iuris. Assumptum patet in casu cuiusdam decretalis. Si mulier vxorata incipiat per nouam informationem dubitare an attineat viro in gradu prohibito. quo dubio stante querat vir debitum. quid agat vxor. Si neget. est in casu transgressionis iniuste si non attineat viro suo. si cecidat/est in peccato mortali luxurie. Ponatur alius casus qui est creberrimus quod dubium sit apud doctores aliquos ex vna parte quod hoc debeat agi. dicentibus alijs in pari numero quod oppositum fieri debet. sicut i factio scismatis contendenti de papatu/sepe fuit. Rursus in materia fidei cum doctores dissentunt/licitum est ante determinationem ecclesie sepe tenere vnam partem vel alteram. Rursus induci potest materia insolubilitatis. ut si ticius iuret se accepturum bertam in vxorem. si primu verbu quod dixerit fuerit verum. et nullo modo accipiet si fuerit falsum. Tunc dicat hanc solam propositionem. tu non accipies me in vxorem. Querit quid agat ticius. si accipiat piurus est. quia berta dixit veru. Sed hec et similia dimittimus exercitio logicorum. dicentes quod probabilis certitudo sufficit in moralibus: ut non exponat se quis periculo. ut dicunt doctores de celebrante missam. et similibus. ubi requiritur status gratie. quod sufficit ad hoc probabilis coniectura. Quia certitudo alia sine reuelatione non habet. prout in moralibus dicit Aristoteles sumendam esse certitudinem/grosse et figuratiter. que certitudo non remouet in vna parte omnem probabilitatem/vel opinionem alterius partis. licet magis declinet ad istam/vel ad aliam. quod sufficit. Immo scrupulosus et formidulosus conscientis sepe consilium est in oppositum agere presertim ex imperio et consilio doctorum.

Propterea consilium est quod in materia morali non ita leuiter asseratur aliquid.

esse mortale peccatū. dum aliquis doctor dat consiliū super aliquo actu q̄ non fiat maxime dum plures alij posse fieri bñ dicunt. aut q̄ cadit sub dubio prout in casu nostro notatum est. Ubi patet qualem laborintum conscientiarū timoratarū in currimus si quelibet opinio vel consiliū doctorum/sufficit ad incertitudinē faciēdam/ cum frequenter opiniones nedum varie sed aduerse sint inter doctores. nūc propter passiones animorū. nūc propter varios aspectus circumstantiarū. modo illarum solum. modo aliarum. modo omnium. vnde ortam est illud comicum. Quot capita tot sententie. Deniq̄ consilium est q̄ nō ostendatur tales scripture varie/ cōscientijs simplicium. quoniā inde nihil proficiunt/ nisi ad maiorē inquietudinē conscientie. Sufficiat eis consiliū suorum superiorum. nec in talibus legendis aut discutiendis occupent se. Postremo iuxta predicta sumēdus est intellectus Augustini dum ait Tene certum. dimitte incertum. Superiores vero studeant providere pacifice securitati subditorum. ne dum per consilium iurisperitorū scriptis aut verbis/ sed efficacius p̄ autoritatem summi pontificis. vt vel tollat vel mode ref̄ vel interpretetur dubias tot perplexitates/ et positivis constitutionibus ortas aut saltem det facultatē absoluedi transgressores/ superioribus monasteriorū et ecclesiarum. vt quando dederit domin⁹ spiritum cōpunctōis/ inueniāt promptū remediū. et non in desperatōis precipitiū ruant/ pro difficultate papam vel suā curiam adeundi.

**Propositio XIII**

Argumentū sumptum ex illa regula q̄ vbi est eadē ratio/ debet esse eadē iuris decisio. nō concludit in cōstitutionibus positivis. nisi facta sit vtrobiq̄ similis cōstitutio. Pro cuius intellectu est rememorandū/ q̄ in agibilibus aliqua sunt quorum ratio dependet immediate et clare/ ex primis principijs moralibus. Alia sunt sic elongata/ q̄ non apparet ratio agibilitatis plus in vno q̄ in altero. nisi supue- niat autoritas constituētis et determinā- tis istam partē plusq̄ alteram. vbi tūc lo- cum habet illud satyrici. Sic volo sic iu- beo. sit pro ratōne voluntas. Quēadmo-

dum respōdent grammatici interrogati. Cur istud vocabulū sic aut sic significat: quia sic placuit ipositori. Et profecto ta- lem in opibus dei/ sepe nos oportet dare responsonē. Hunc ad propositū/ stat q̄ duo contractus videatur similes et ad similes effectus bonos vel malos inducētes. et tamen vnus erit lege prohibitus et alter concessus vel permissus. Exemplū in cōtractibus. constat q̄ in venditōnib⁹ perpetuorū redditū/ possunt provenire plura damna et depauparōes per abusū vendentiū vel ementiū/ q̄ sepe veniant p̄ mutuū/ cum extractōe leui supra sortem. et tamen prim⁹ concessus est legibus alter prohibitus. Et ita de plurimis sine nu- mero iuribus positivis. Quāuis possz assumpta regula concedi in forma. quia iam non erit eadē ratio pro decisione iu- ris. si vnū sit lege constitutū alterum nō. facit enī disparitatē autoritas

**Propositio. XV.**

Argumentū fundatū in illa regula. dū aliquid vna via prohibet et altera/ nō cō- cludit/ nisi dum probeat ipm/ factū et nō so- la via. Exemplū ponatur/ tam in mate- ria symonie. q̄ vsure. Martinus sacerdos vult lucrari decem francos. et petrus etiā Martinus recipit illā summā pro susten- tatōne vite sue. Petrus recipit tanq̄ pre- ciū sue misse. sicut symon voluit emere po- testatē dandi spiritū sanctū vt in delucra- ref. Martinus iuste habet decē francos. Petrus iniuste. Ubi manifestū est. quan- tum operetur intentio et directio cordis. vt aliquis evitare possit faciliter symoniam cum pari seu maiori lucro tempali/ q̄ per damnatā symoniā. Exemplū in contra- ctibus Petrus habz centū libras p̄ piperis vel alterius mercis. vendit consueto pre- cio. p̄ centū frācis. hec est pura vēditio nō vsuraria. iohes emptor volēs h̄re p̄mptā pecuniā/ petita dilatiōe solutiōis a petro. vēdit alii mercatori statū suū p̄ emptorū p̄ minori p̄cio statū h̄ndo vt p̄. lxxx. frācis sic sibi licitū ē. Cōstat q̄ p̄ istos duos cō- tract⁹ iohes venit ad silem effectū. sic se- cisset p̄ imediatū dētū vsurariū. q̄ hz. lxxx francos p̄optos p̄ centū ad credētiā. Cō- cedendū est tñ q̄ in istis cōtractibus/ q̄ q̄ libet est emptio et venditio vtrobiq̄ de se licita/ potest interuenire fraus in fauorē

## De contractibus

vsurarum. peior q̄ sit vsura de suo genere nō vsura tamen p̄dicta. **U**nde concluditur sicut p̄ius quantū sit in contractibus intentio ponderāda. p̄sertim in contractib⁹ non phibitis expresse p̄ leges positiuā in se vel in suis circumstātijs. q̄ tunc intētio bona nō sufficit ad rectificatiōē talis actus cū suis circumstantijs p̄hibitis. vbi tamen posset rectificatiō fieri in aliquo simili cōtractu non prohibito iure positiuo. in eadem vel alia patria vel circumstantijs variatis.

### Propositio. XVI

**A**rgumentū sumptū ex tolerātia pape vel ecclesie/ vel ex cōsuetudine p̄scriptio ne z abolitiōe locū habet in cōstitutioib⁹ positiuis vt positiuē sunt. z non in pure naturalib⁹ z diuinis. **A**d habendū vero plenā huius p̄positiōis intelligentiā/ necessaria est cognitio quid sit de iure pure positiuo quid de iure diuino z naturali. Cuius rei ignorantia vel inaduertētia. conturbatiōem inuolutā z p̄niciosam/ in doctrina iurū sepe facit. **S**ed quantū sufficit ad p̄sens (quia alibi traditū est) constat q̄ p̄ easdem causas. res ipsa dissoluitur p̄ quas opposito modo se habētes exorta est. Constat p̄terea q̄ leges positiuē tunc solū instituitur cum p̄mulgatur. z vim obligatiōis habent dū morib⁹ vtentiū approbātur. **D**icamus igit̄ q̄ vbi papa vel ecclesia vel legislator/ sciunt q̄ constitutiones sue/ vel nō publicātur. sed dantur obliuioni. vel nō approbant moribus vtentiū. sed passim fit in oppositum. constitutiones ille desinunt habere vim obligatiōis tanq̄ abolite p̄ nō vsim vel consuetudinē oppositam. que est nō legum omnīū sed positiuarū optima interpretēs. Alioquin tolerantia pape/ vel legislatoris/ esset sibi met repugnans z populis noxia. si vellet q̄ leges sue haberent vim obligatiōis. et tamen illas neq̄ publicaret neq̄ exequi mandaret. Fundatur in hac radice abolitiōes constitutionum quasi sine numero positaz in decretis. q̄ etiā tradite sunt in concilijs generalibus vt de ieiunando quinquagesimā. vel diē sabbati. vel q̄ sacerdos celebrans/ habeat duos assistentes. immo plus/ q̄ nullus p̄sumat eligere cōfessorem/ nisi cū certa auctoritate. cū tamen passim qlibet sacerdos

secularis/ audiat in confessiōe alterum sacerdotem. quia sic est (vt dicit̄) consuetudo que si dicatur corruptela/ vix apud sacerdotes erit salutis status. Quid p̄terea de tot constitutiōib⁹ et regulis positiuis/ traditis p̄ridē z non obseruatis. nūc in religionibus. nūc in ecclesijs cathedra libus et collegiatis. nūc in vniuersitatib⁹ et cōmunitatibus. nūc in ipsis etiam iuribus penalibus diceret. Nisi velint assertores oppositi/ absq̄ vlla miseratiōe homines de omni statu precipitare per laq̄os transgressionū/ in damnatiōis interitum/ cum suis prelatis atq̄ rectoribus. si cum tanta austeritate faciāt artam viam domini/ et p̄grauent intolerabili iugo ceruices subditorum. verum de hoc alibi latius.

Propositio

### Decimaseptima

**L**ex civilis tolerans vsuras aliquas/ non ideo semper dicenda est cōtraria legi diuine vel ecclesie. **P**osset hic fieri declaratio quid spectet ad legem civilē. z quid ad canonicā. et quid ad theologiam. super qua realibi traditum inuenit. Quantum vero spectat ad p̄sens satis est dicere q̄ legislator civilis/ attendit consistentiā reipublice ad consecutiōem pacifici cōuictus inter ciues. vt q̄ nō fiant furta. rapine. homicidia. z cetera humanū conuictū turbatiā. **S**z q̄ frequēt effrenata neq̄tia nō p̄t ex toto cōpesci/ agit more p̄udentis medici tolerat minora mala/ vt peiora vitent. Datū est iā exēplū de meretricib⁹ et in antiq̄ lege de libello repudiij. et de vsuris dādīs alieno. sicut est text⁹ Deuter. xxiij. iā allegat⁹. z. xxvij. fenerabis gētib⁹ multis z ipse a nullo fen⁹ accipies. Apparuit at̄ min⁹ malū/ q̄ vsure leues fierent p̄ succursu indigentū. q̄ vt inducerent per indigētiā furari rapere aut passim distrahere sua bona mobilia vel immobilia/ vilissimo precio/ cum damno longe maiori q̄ esset moderata receptio sub vsuris. **N**ec inde iudei viuerent in ocio per oppressionem incredibilem christianorum quib⁹ fenerant. Constat autē q̄ hec tolerantia/ consona est dictamini naturalis ratio nis. immo z diuine legis. p̄supposito peccato. Constat p̄terea q̄ papa sicut nō est immediat⁹ dñs bonoz t̄paliū p̄sertim laicorum/ sic nō debet passim irritare leges

vtiles pro dispensatōe talium bonorum constitutas. vtiles in quā ciuilitate licet si aut cū peccato qd̄ impedit quo ad finem beatitudinis consequēde. Sufficit q̄ papa vel ecclia/significent vel pdicent tales vel tales tractat̄ illicitos esse/de iure euāgelico et in foro conscientie. Si autē vltra voluerit papa procedere/per irritatiōem etiā ciuilem omnium hmoi contractuum/penam excoicationis et aliter. sicut videt̄ fecisse in quadā constitutiōe et cōcilio generali/nō est nostrū os ponere in celū. Superponimus bonis ratioibz et circumstantiis motum esse/et nolle moderationibus vtilibus obuiare.

**Propositio XVIII**

**L**ex antiqua/ phibens iudeis vsuras primis suis. sed de alienis cōcedens/ inuenitur apud doctores habere mltiplicem intellectū. Dicentes enī sic vsuram esse illicitā q̄ nullo modo potest bene fieri. sicut nec mendaciū/ ponūt consequēter iudeos peccasse dando alienis ad vsurā. et q̄ deus sufficienter edocuit eos sup hoc p viros eleuatos et ppheticos. cōmendātes eos qui pecuniā suam non dant ad vsurā sicut in psalmo. et in Ezechiel. xxviii. Nō plus loquendo de primo q̄ de alijs. quia etiā omnis homo censend̄ est noster proprius. Exponunt vltērius q̄ dū permittit̄ iudeis Deuterōn. xxviii. pro benedictiōe q̄ fenerabūt̄ extraneis/ fen<sup>o</sup> hic accipit̄ pro supabundantia nō pro vsura. Vel dicunt q̄ recipiēdo vltra sortem/ nō recipiebant nisi rem que aliūde erat sua. propter tyrannidē occupantiū terrā suā. sicut mutati sunt vasa ab egyptijs. Pro quo dicit̄ facere verbū Ambrosij. q̄ licet eos opprimere vsuris/quos licet interficere.

**S**ed sup hoc quia iā aliqua notata sunt pte prima. et nimia subtilitas nō est semp expediens in moralibz discutiēdis/ ppter abuti volentes. Hec tetigisse suffecerit. et dicere pro regula. Ex omnis cōtractus q̄ ex suo genere vel ex circumstantiis debet esse gratuitus/ si interueniat pactū de recipiēdo vltra sortem/ efficit vsurarius. sicut est in mutuo et cōmodatiōe. Et proprie solus talis vsura nominatur.

**Propositio. XIX.**

**L**ex humana statuēs nullos redditus

posse vendi/ nisi cum facultate redimendi/ non facit q̄ cōtractus aliunde licit̄ sit vsurarius. aut solum pignoratit̄. aut q̄ in redemptiōe/ debeat fieri fructuū perceproz deductio. **P**onamus itaqz redditum vel fundū perpetuū/ quē prius licebat emere pro mille francis. Accedat lex dans in cōtractu simili facultatē redimēdi. qua nō obstante/ datur simile precii. immo forte maius. qualis queso posset in hoc casu esse ratio cōtractus vsurarij. aut q̄ in redemptiōe/ pcepti fructus debeant deduci plusqz si in priori casu fieret venditio reddituū perpetuorum post perceptiōē fructuū decem aut viginti annorum. **N**on est estimandū q̄ legislator aliquis. sit princeps. sit cōmunitas. sit p̄latus/ vellet tali modo omnes contractus reddere vsurarios. et claudere viam hominibz p̄sertim ecclesiasticis. q̄ non possent vti rebus suis. nec habere sufficientē pro dei seruitio celebrando sustentatōez. Alioquin lex esset nedum stulta. sed impia neqz et sacrilega. et ex consequēti p papam et eccliam cum omni seueritate tollēda. Sed nō est ita presumendū de legislatoribus et intentiōe sua. quin vellet etiā quādoqz minus precii dari vel statui/ propter illā facultatem redimēdi. **Q**uo circa p̄nt tam ex precedētibus q̄ ex modo dictis/ notari vel elici/ morales quedam regule.

**P**rima regula. **O**mnis cōtractus quo licite venditur vel emitur redditus perpetui/ potest similiter esse licitus si eodez contractu similiter se habente/ detur facultas mutua redimēdi. p̄sertim in foro conscientie.

**S**ecunda regula. **O**mnis cōtractus q̄ ex suo genere debet esse gratuitus/ potest ex circumstantiis quādoqz effici licite nec debitus nec gratuitus. mutando speciem in genere moris. vt de commodatiōe potest fieri locatio. Super his autē vncio lex et ratio iudicabunt.

**T**ertia regula. **O**mnis cōtractus/ qui ex suo genere vel circumstantiis nō recipit q̄ sit venditio vel emptio ad perpetuū. non videtur secure fieri/ interueniente pacto de facultate redimēdi. et hoc maxime in foro exteriori. secus est in locatiōe et conductiōe. que fieri solent ad tempus.

**Q**uarta regula. **O**mnis cōtractus suspectus habet/ si appareat iūctio p̄babili mala in

## De contractibus

contrahentibus. ut quia negotiatorem solam mercenariam aut questum lucris turpis intendunt. Juxta quod ponitur. xx. et ultima propositio principalis:

### Propositio xx.

**E**x carnis contraria legi. (in ordine spiritus ac pinde tyrannica/ infectum habens et tenebrosus cordis oculum per cupiditatem et auariciam/ faciliter inducit in tentationem et laqueos diaboli. quos sibi met multiplicat et inquit/ pdeuia contractuum.

**L**egimus hoc pro cholor in experientie libro. et in scriptis doctorum/ qui propter cupiditatis nodos/ vix sciunt euoluere. quibus se malignis adinventionibus circumuoluit. inunctis maxime tot excoicationis sententias. Accipit in super de recte dictis et factis bonorum/ scandalum sibi et offensio nem. quous scandalum tale sit a recte docentibus et ambulantiibus/ continendum. quia non datum est. sed nequiter acceptum. quale dicitur/ bat christus scandalum esse phariseorum. Non enim minime ageret que agunt/ si ceteri quiescerent.

**A**biicienda est ergo auaricia. ut mundus simplex/ et lucidus haberi possit intentionis oculus in cordis directione/ secundum regulas iusticie. quas sepe magis doceat vinctio quam ratio. Orandum est idcirco deus et cum psal. dicendum. Inclina cor meum deus in testimonia tua et non in auariciam. Cuius verbi latentem energiam exptus est pridem vnus. per eodem teste cognitum est. qui cum dominica quadam in ramis palmarum/ auaricie morsum repente in corde sentiret. ipse collecto in fide et spe deuotionis spiritu/ desigens in imaginem crucifixi/ velut in serpenterem moysi mysticum/ rationis oculum. profundius ingemiscens. silenti desiderio clamauit. Inclina cor meum deus in testimonia tua et non in auariciam. Nec frustra. mox enim sensit a corde. velut a quadam introitus manu reuelleret/ negocium auaricie pambulans in tenebris eijci. Eijciat et a nobis auariciam deus. ut auertat (iuxta propheticum sequens votum) oculos nostros ne videant vanitatem. sed veritatem. que vanitatem exufflat. et abscondas errorum decipulas producit in lucem.

**P**rosum autem in hac luce veritatis/ supaddere moralia quedam consilia ne subintret apud ecclesiasticos/ spiritus auaricie. tanto nequior quanto palliat. et obubratus accedit sub specie non como-

di proprii sed communi. **T**ertius esse videtur apud ecclesiasticos viuentes ex dotarioribus si delium/ quod recipiant redditus iam assignatos quam pro nouiter emendis numerata pecuniam. Tertius insuper esse videtur apud ecclesiasticos viuentes ex dotarioribus/ pauciores esse in numero monasteriorum vel personarum vel ecclesiarum collegiarum/ quam subire nimias sollicitudines et piculosas anxietates in corpore et anima. in redditibus copandis/ augendis/ maxime si specie usurarie vel simoniae prauitatis apud simplices habere videatur. ut si fiant de pecuniis collatis/ probabiliter venientibus ex rapinis furtis. usuris. et extorsionibus publicis. nisi fieri constet hoc propter restitutiones incertas et vagas. Tertius est preterea apud ecclesiasticos recipientes vite necessaria/ ut obsequio diuino deseruiat in missis et obitiis celebrandis/ quod eorum intentio non sit obligare se nisi quantum et quousque obuentiones date/ suffecerint pro sue vite sustentatione competenti. ut vinctio et ratio iudicabunt. Tertius ad extremum esse videtur/ si non forte necessarium sed iure supponendum/ apud ecclesiasticos viuentes ut dictum est quod suam intentionem ita regulatam/ exponat suis benefactoribus fundatoribus et sustentatoribus. qui si ex sincera caritate et non pomposa vanitate procedunt/ non retrahentur a proposito suo et profectus apud deum merebuntur. Nihilominus copatiendum est humane fragilitati. que raro producit granum virtuose caritatis/ siue multiplici palea vanitatis. Quod sub alia metaphora notauit Hieremias dicens. Des iusticie nostre/ tanquam pannus menstruare. Propterea non ex opibus iusticie nostre. sed ex sola dei gratia salus nostra.

### Tertia pars que

sequitur post illat quendam tractatum conscriptum in materia tractatum in valentia arrogonie. per vnum doctorem canonicum super his casibus qui incipit Contractus quidam eo quod idem videtur habere zelum reipublice excessiue.

**P**roterat pauciora etiam sufficere quam scripta sunt sub duplici petitione/ pro decisione casus traditi in materia contractuum. eorum presertim quibus et pro quibus scriptum est statu pensato. Vex succreuit et